



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Bremensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

ÆNIGMA INCISUM LAPIDI SEPULCHRALI  
in templo Cathedrali, contra superbos.

O, MORS, CUR, DEUS, NEGAT, VITAM, SUPER  
BE, TE, BIS, NOS, BIS, NAM.

Canon.

*Ordine da primam media, mediamq̄, sequenti,  
Debita sic nosces fata, superbe, tibi.*

*Quid mortalis homo jactas te? quidve superbis?  
Cras fors an fies pulvis & umbra levis.*

*Quid tibi opes prosunt? quid nunc tibi magna potestas?  
Quidve honor? aut prestans quid tibi forma? nihil.*



## BREMENSIA.

### IN PORTA EOA.

**C**ivitas pro saxis & mœnibus incolentium virtute mu-  
nienda est; quos si jungat concordia, nullus potest ef-  
se murus inexpugnabilior.

#### IN PORTA S. ANASCHARII.

*Fortior est, qui se, quàm qui fortissima vincit,  
Oppida, nec virtus altius ire potest.*

#### IN PORTA SURDORUM.

Republicæ, post Deum, nullo munimento tutiores  
sunt, quàm virtute civium. Civis verò is est, qui sincerè  
patriam diligit, ac bonos omnes salvos incolumesq; de-  
siderat.

#### IN PORTA PONTANA.

CONSERVA DOMINE HOSPITIUM  
ECCLESIE TUÆ.

#### IN PORTA DOMINICA.

*Bremen sey eyndechtig/  
Lass nicht mehr inn/du seyft jr dann mechtig.*

Ad



AD VESTIBULUM CHORI MARIANI,  
supra januam.

OMNIA PRÆTEREUNT PRÆTER  
AMARE DEUM.

IN CAMINO BIBLIOTHECÆ,  
ibidem.

*Ne fer judicium, si non sint ambo locuti.*

IN TEMPLO PRIMARIO.

EPITAPHIUM BARTOLDI RANZOVII,  
qui obiit anno 1489.

*Funde viro lacrymas Brema, atq; hunc plange viator  
Extinctum, virtus quem super astra levat.  
Bartholdi Ranzou præclaro stemmate nati  
Hoc tumulo cineres ossaq; clausa jacent.  
Dum vixit, sacro venerandus in ordine vixit,  
Buxthuda extremum clausit in urbe diem.  
Cui vita atq; animo studuit servire pudico,  
Defunctum regniq; inferre, Christe, tuis.*

IN CURIA.

*Tempore cum longo domus hac collapsa fuisset,  
Orbaq; jam cuncto pané nitore foret:  
Sumptibus hanc propriis voluit reparare Gerardus  
Qui de Ranzoo stemmate nomen habet.  
Esset ut hospitii sedes sibi grata. suisq;  
Qui cupiunt urbis commoditate frui.*



## WESTPHALICA.

NON PROCUA PADERBORNO INTER  
Lyppiam & Amisiam fl. ubi Quintilius Varus, tribus le-  
gionibus caesis, sibi ipsi mortem conscivit, earum ossibus  
sexennio post sepultis, Germanicus Imp. Rom. tale Epita-  
phium eo in loco posuit.

○ Sca mil. v. & XIX. leg. cum Quintil. interfect.  
Jussu Germanici Imp. huc collata quiescunt.